



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitvlm VI. Nuncios.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](#)

2. De jure communi, etiam de personalis industrie lucris solvenda sumi decima, consuetudo tamen circa has obser-vanda.

**N**otandum primum. Prælatis Ecclesiærum incumbit, ut parochianos, si in mora, aut negligentiâ sint, moneant, & inobedientes sub excommunicatione compellant, ad solutionem decimarum; nam ad Prælatum, videlicet Episcopum, ratione maneris sui pertinet cura Ecclesiærum, ut eorum jura conservet, & immixtui vel tolli non patiatur. Videri potest *Gl. in c. 3. de officio Archidiaconi.*

1. Notandum secundum. Spectato communi jure etiam de foeno, lanâ, & minu iobibus proventibus, immo etiam de molendino, pïscatione, venatione, & alijs personalis industria, decima solvenda sunt. Hac tamen in re consuetudo provinciarum atten-didebet, per quam decimæ personales, sive ex lucris personæ provenientes fermè ubiq; abolitæ sunt, uti docui *lib. 4. tra. 6. c. 1. n. 4.*

## CAPITULUM VI.

### Nuncios.

#### PARAPHRASIS.

Mandat Alexander III. Vintoniensi Episcopo, ut parochianos, seu dicæcelanos de apibus ( videlicet fructu ex apibus collecto, id est, melle & cera) & de omni fructu decimas solvere per censuram Ecclesiasticam compellat. Vide, quæ dixi in c. præcedente, & Concilium Tridentinum *Sess. 25. c. 12. de reformatione.*

## CAPITULUM VII.

### Cùm homines.

#### PARAPHRASIS.

Incolæ de Hortona, qui de frugib; novem fibi retentis partibus, decimam pa-rochia sine diminutione solvere debe-

bant, priusquam id facerent, servis & mercenarijs suis totius animi mercede ex frugibus non decimatis solvabant, ex residuo autem decimam partem Ecclesiæ dabant. Hoc intellecto mandat Alexander III. ut de fructibus collectis decimam partem mox solvant, atque de subtrahitis Ecclesiæ fructibus dignam sa-tisfactionem præsentent.

#### SUMMARIUM.

1. *Decima prædiale solvenda sunt, non deducuntis expensis.*
2. *Transiunt ad quemcumque possessorem cum hoc onere fructus indecimati.*
3. *Qui in mora est solvendarum decimarum, si ea propterea pereant, ad satisfactionem parochio præstandam ob-ligatur.*

**N**otandum primum. Decimæ prædia-les solvenda sunt non deducuntis im-pendijs. Ita etiam habetur *in c. non est 22. c. tua 26. eodem tit. & explicavi in eodem tral. 6. c. 2. n. 4.*

Notandum secundum. Postquam fru-<sup>2</sup>ctus à solo separati sunt, decima pars ad Ec-clesiam spectat. Hinc sequitur primò. Quod fructus indecimati ad quemvis possessorum cum hoc onere transeant, uti docet *S. Thom.* 2. 2. q. 87. c. 4. ad 2. & explicavi latè *cit. c. 2. n. 4.* Vide etiam *Rebuffum de decimis q. 12.* ubi ostendit, monitione opus non esse, nisi eo fine, ut censura propter contumacia-m, moroso debitori inferri possit juxta c. 5. hoc tit. alioquin verò collectis frugibus statim paratus esse debet colonus ad decimæ præstationem.

Sequitur secundò. Si colonus in solven-<sup>3</sup>di mora sit, & ob eam decimæ auferantur, vel pereant, quod satisfactionem præstare debeat parochio *I. cùm res 47. §. ult. ff. de le-gatis primò.* ubi distingunt Doctores, an nihilominus res peritura fuisse apud credi-torem, si solutio in tempore facta fuisse, nec ne. Quod si colonus obtulit parochio, vel eum monuit, ut recipiteret, isque acci-pere